



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Petrus Cassui.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

firmavit, quæ illum hortatatur, ut se in Sancti sui manibus relinqueret, pati, & eum imitari paratus: primâque hostiam Deo pro acceptis ab illo per Xaverium beneficijs offerret. Ita illi animus conquieuit. Crucis in imagine Xaverij ostensæ mysterium complevit mors, quam obiit à barbaro sicâ in gutture vulneratus, alio ei caput bifariam dissecante.

S. Xaverius.

I V L I V S .

P. Petrus Cassui.

ANno 1614. Daifusamæ furore in exilium relegatus, Hierosolymas, postea Romam, inuisit peregrinabundus. Romæ Societatem amplexus, in Iaponiam ut securus rediret, remigis personâ

Iapon.
Iendi.
Iulio.
1639.
ætat. 51
Soc. 9.

*Zelus
Fidei.*

nâ testus, per biennium nudo capite ac pedibus occasione penetrandi quasiuit. cum necdum reperiret, Manilam ceu mancipium, abijt. Sic excubias elusit; & Nangasachi multos aquarum tormentis conterritos, & in fide nutantes magnâ industriâ confirmavit; alios iam lapsos reduxit; Iendi postea comprehensus, ac varijs tormentis & morte affectus.

*P. Petrus Buzelinus, &
socij duo.*

*Belga.
ad Neoportum
2. Julij.
1600.
ætat. 37.
Soc. 15.*

In castris Regis præclare laboravit pro salute animarum. Captus à victoribus Batavis est, cum Catholicos milites faucios confitentes audiret, ac omni ope iuaret. Præerat socijs Petrus: & de se, ac suis clarè testabatur; se non Archiducis, sed Dei stipen-